

DE
CORONA,
TONSVRA
ET
HABITV
CLERICORVM

locuples cùm veterum, tùm recentiorum
Canonum, Pontificiarúmque Con-
stitutionum, &c. collectio.

Cui accessit multiplicium rationum auctoritas,
cum responsionibus ad oppositiones in con-
trarium proponi solitas.

*Studio & opera GASTONIS CHAMILLARD, Presbyteri &
Doctõris Sorbonici, & in eadem Sorbona Professoris Regij.*




PARISIIS;

Apud GEORGIVM IOSSE, viâ Iacobæ,
sub signo Coronæ Spineæ.

M. DC. LIX.

Cum Approbatione & Privilegio Regio.



LECTORI.

CVM justa sit indignatio quæ ex affectu disciplinæ descendit: neminem fore arbitror, nisi Clericali splendori infensum, qui nobis saltem de operis proposito non gratuletur. Vt enim arcana mentis aperiam; postquam alijs erudiendis præfectum me sensi, non leui animi dolore commotus sum, quòd in frequenti Auditorum numero, plures Clericos ab aliquibus annis obseruarem, siue maioribus Ordinibus initiatos, siue pinguioribus Ecclesiæ Beneficijs gaudentes, quibus non modò vilis Habitûs Clericalis sanctitas videbatur: verùm etiam qui comam ad ceruices relaxare, crines in annulos digerere, odoratio pulvere caput conspergere; neque brevioribus solùm, sed splendidioribus insuper sæculi vestibibus ornati, ad augustum Theologiæ templum accedere non erubescerent. Tacitus apud me sæpiùs recogitavi qua arte, quavè industria huic indisciplinatæ morum licentiæ sub-



I

D E
C O R O N A
T O N S V R A
E T
H A B I T V
C L E R I C O R V M.

C A P V T P R I M V M.

C O N C I L I O R V M V N I V E R -
saliu[m] Decreta.



V M minimè conueniens sit, vt
quæ in omnibus Ecclesijs summo
animorum consensu ordinata sunt,
temeraria quorundam præsum-
ptione turbentur. Necessè fuit
vt de externo, siue in capillis, siue in vestibus
Clericorum apparatus dicturi, à Plenarijs Ec-

Clericorum atque nobilium injiciens manus Germanum apprehendit, & inuocato nomine, Domini, cæsariem ejus capiti detrahens, Habitu Religionis, rejectis sæcularibus ornamentis, cum promotionis honore induit, &c. *Constantinus seu Constantius Presbyter in vita S. Germani cap. 4. apud Surium die 31. Julij. Attonsus est in Clericum, circa an. 404.*

ΒΟΥΛΗΘΕΙΣ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος τὰ τείχη μεταθεῖναι τῆ πόλεως καὶ μείζονα πλεονεκτημάτων θέσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, Κύρω τῷ ἐπαρχῷ τὸ ἔργον ἀπέθετο. καὶ ὅς ἄνευ πολλῆ καὶ πλεονεκτημάτων χερσαίου, ἀνεγείρει τὸ χερσαίου τείχος ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, δι' ἑξήκοντα ἡμερῶν. ὁ γοῦν δῆμος τῆ πόλεως ἐπὶ ταῦτ' ἔργῳ ἠσθεῖς, καὶ τῆ ταχύτητος θαυμάσας, τὸ ἐπαρχὸν ἐξεβόησε δημοσίᾳ. Κωνσταντῖνος ἔκτισε, Κύρος ἀνενέωσε. διὸ φθονηθεὶς ὑφ' ἑαυτὸν βασιλέως ὁ Κύρος, καὶ ὑποπτευθεὶς, καὶ ἄκων κείρεται

THEODOSIUS
Imperator mœnia
translaturus & urbem amplificaturus, munus id Cyro Præfecto mandat qui magno studio & celeritate, Chersæum murum, à mari ad mare pertingentem intra dies sexaginta absoluit. Urbana igitur multitudo & opere delectata, & Præfecti celeritatem admirata publicè exclamat, Constantinus condidit, Cyrus renouavit. Quamobrem Cyrus inuisus & suspectus Imperatori vel inuitus condetur ut Clericus, post etiam

De Cyro
Præfecto
urbis Constantinop.